

3
3
4
5
6.



^{J. N. J.}
DISPUTATIO JURIDICA
DE
PACTIS DOTALIBUS

10

IN GENERE

agens,
Et specialem circa illa Casum exponens,

1707/6.

ANNUENTE NUMINIS DIVINI GRATIA,

Indultu

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS

IN ILLUSTRI ACADEMIA RHODOPOL.

SUB

PRÆSIDIO

VIRI PRÆNOBILISSIMI AMPLISSIMI ATQVE

CONSULTISSIMI.

P. 423.

DN. JOACHIMI HENRICI
SIBRAND.

Philol. & J. U. D. Professor. Publ. Moral. Ord.

DN. PATRONI PRÆCEPTORIS ac HOSPITIS

Omni observantia cultu æviternum devenerandi,

IN ACROATERIO MAJORI

DIE Aug. ANNO 1707.

Publicæ disquisitioni submittet

GEORG. CASPAR. LINDENBERG. Lub.

Autor & Respondens.

ROSTOCHII.

Prelo SCHWIEGEROVIAN, Ampliff. Senat. Typogr.



CASUS.

Tertia ad secunda transiens vota, exstantibus
ex priori matrimonio liberis, quibus con-
stituti Tutores, pacta quaedam de futura suc-
cessionem, in casum si sine liberis, cum Marito
suo Cajo init quidem, ast Tutoribus editionem
eorundem urgentibus, quo de tenore ipsorum
pateat, Cajo nulla unquam pacta dotalia con-
fecta esse, & licet quaedam inita, mutua revo-
cacione eadem sublata, cum promissa a sua parte
adimplere haud potuerit, excipit, proinde-
que se Jure Statutario successurum. Tutores
hoc non obstante exhibitionem pactorum do-
taliu, vel ut contenta ipsorum, mediante
Juramento exponat, efflagitant: Cumque
portio statutaria, summam in pactis dotalibus
expressam forte exsuperet, hoc casu ut secun-
dum pacta fiat successio, prætendunt.

PRÆFAMEN.

L. B. S. E. O.



Execrandam cogitationem ejus qui lites
execratur non esse vituperandam, eleganter
monet Ulpian. Jct. in l. 4. §. 1. circ. fin. ff.
de alienat. Judic. mutand. caus. Publicè enim
omnino interest ne litibus repleatur Res-
publica, siquidem nulla major pestis est
unquam, quæ fortunas atque Civium vi-

tam exhaurire, labefactareque magis possit, quam litium
frequentia & diuturnitas. Quæ cum ita sint, haud inutile
esse videtur, si quando Conjuges secundò nubentes, de fu-
tura successione pacta quædam ineant, quo post mortem
illorum, omnium litium præscindatur occasio; & hæc sunt
quæ communiter *pactorum dotalium* nomine venire solent.
De quibus cum tractationem quendam meditarer, multa
quidem obveniebant, quæ me à proposito meo deduce-
re, ac deterrere potuissent, præsertim æqua ponderanti-
lance, partim ingenii mei tenuitatem, Viriumque im-
becillitatem, partim quod in ævo hoc expolito, omnia
singulari varietate, raritate, eruditione atque scientiâ a-
bundent, nec fere dici possit quod non sit dictum prius:
Nihilominus tamen inter plurimas hæc hæsitaciones, cum
specialis quidam circa hanc materiam mihi occurreret
Casus, in proposito meo perstiti. Quamvis enim eandem
Casus, in proposito meo perstiti. Quamvis enim eandem
ab ipsis Juris Interpretibus sic satis pertractatam esse in pro-
patulo sit, cum integer in ff. de pact. dotal. occurrat titu-
lus, præterea jam Dissertationes quædam de pactis dota-
libus extant, quarum altera Gryphiswaldiæ sub Præsidio
Dn. Friderici Gerdesii anno 1683. altera Halæ Præsidi
Celeberrimo Dno. Thomasio anno 1695. habita: Cum ta-
men circa specialem aliquem casum, quædam suborta mihi

sint dubia, quidnam valerent humeri, quid ferrerecu-
 farent tentare, ingeniiqve vires periclitari volui. Ad Tu-
 am interim L. B. confugio humanitatem, obnixè rogans,
 si quando pagellas hæcæ lectione Tua dignatus fueris, om-
 nia in meliorem interpretari velis partem, hallucinan-
 ti condonare, & si erratum, comiter mihi monstrare
 viam. Si verò quid noveris melius ac rectius, veritatis
 in me habebis sectatorem atqve amatorem infucatura.
 De cetero ut de methodo qualiquali constet, *Sectio (I)* de
 pactis dotalibus in genere ager. *Sectio (II)* quæstionem, an
 pacta de futura successione sint licita, eorumq;
 usum modernum suppeditabit. *Sectio (III.)* An mutua re-
 vocatione, si quando altera pars præstanda præstare ne-
 queat, pacta hæc tolli, & portio statutaria eligi possit?
Sectio (IV.) Quæstionem proponet an Tutoribus consul-
 tum, ut litem Pupillorum suorum nomine, Vitrico mo-
 veant, DEus annuat cæptis!

SECTIO I.

DE

PACTIS DOTALIBUS
 IN GENERE.

§. I.



DE pactis dotalibus mihi tractaturo, incidit
 monitum Ulpiani in l. 1. pr. ff. de J. & J.
 Juri operam daturum prius nosse oportet,
 undè nomen Juris descendat: Proindeqve
 ante omnia indagandum esse censéo,
 ex quo fonte nomen suum de-
 rivent. Denominata autem olim sunt

Pacta dotalia
 unde denomi-
 nata.

exindè, quod Juri dotium legem dederint, Vid. l. 10. C. de
 pact. quæ usdem ferè verbis repetitur in l. 1. C. de pact. com-
 vent.



vent. Treutler, Vol. 2. Diss. 7. th. 7. Jure enim Civili tantum super dote & donatione propter nuptias, nec non paraphernis, imprimis tamen dotis restitutione, interponebantur. Dn. Struv. S. J. C. exercit. 30. th. 17. Conf. t. r. ff. de pact. dotal. & C. de pact. Convent. Unde Lauterbach, definitiuntur, quod doti legem & formam dent. Compend. Jur. h. t.

§. II.

Synonymiam vocis quod spectat, pacta dotalia germanice vocantur, Ehe-Zärtere / Ehe-Zettern / Ehe-zärthe / Ehe-Beredungen / Ehe-Stiftungen / Ehe-Pacten / Ehe-Verbindniß / Ehe-Ordnung / Heyrahts-Notul, Heyrahts-Abschied / Heyrahts-Puncten / Ehe-Beding / Heyrahts-Pact / Heyrahts-Abrede / Heyrahts-Verschreibung / Heyrahts-Brieff.

Synonymia
P. D.

§. III.

Definitionem quod attinet, quæ omnis disputationis primordium est, licet in Jure Civili periculosa sit omnis, prout loquitur Javolenus in l. 202. ff. de R. J. haud tamen omittenda, siquidem vagari & errare cogitur oratio, si ii, qui inter se dissenserint, non idem esse illud, de quo agitur intelligant, Cicer. L. 1. de Orator. Circa definitionem autem pactorum dotalium variant Doctores. Sunt qui ita definiunt: Quod sint conventio inter Conjuges inita, ut altero decedente, superstes ejus bona acquirat, & in illis succedat. Alii ita describunt: quod sint conventiones de dote & donatione propter nuptias lucranda. Alii: quod sint pactum matrimonii contractui adjectum super dote, donatione propter nuptias, & paraphernis; nec non futuram Conjugum successionem, aliaque in matrimonio à Conjugibus, vel finito per mortem alterius Conjugis, à Conjuge superstite observanda, determinans. Conf. illustr. Dn. Stryk. de C. C. Sect. 3. C. 8. §. 1. & 3. Dn. Struv. citat. loc. th. 19. Quibus subscribendum videtur, cum descriptio hæc plenius naturam pactorum dotalium exhauriat, dummodo quod ad omnes species sic dictorum pactorum dotalium applicari possit, ratione generis in definitione positi, loco pacti, conventio substituat.

Definitio
P. D.

A 3.

§. IV.

Diviso
P. D.

Diviso pactorum dotalium, à Doctoribus communi-
ter recepta, hæc est: quod sint vel *simplicia*, vel *mixta*. *Il-*
la quæ fiunt per modum actus aut contractus inter vivos:
Hæc per modum ultimæ voluntatis. Dn. *Seruv. d. exercit.*
30. ib. 19. Conf. *Celeberr. Dn. Schöpfferus in Synops. ad h. r. n. 7.*
seqq. Ubi tradit in simul quibus verbis hæc dignoscantur.
Jung. Kohl. de pact. dotal. P. 2. n. 2. Dn. Gerdes in Dissert. de pact.
dotal. theorem. 5. in fin. Dn. Stryk. de S. A. J. Diss. 8. C. 5. S. 3. Dn.
Mev. ad Jus Lubec. Lib. 2. T. 1. n. 10. seqq. Dissertat. Georgii Lin-
denbergii Parentis posturnam de venerandi, Præside Dn. Friderici
Geistero anno 1766. Lipsia habita, de Testium numero ib. 31.

§. V.

Forma
P. D.
Essentialis con-
sistit in Con-
sensu.

Consentire qui-
nam nequeant
prohibente
Legge.

An Mulier Jur-
Saxon. Pact. Do-
talia conficere
possit, sine Cur-
ratore.

Forma horum pactorum, vel *essentialis* est, vel *probato-*
ria. *Essentialis* in Consensu paciscentium, ut omnes aliæ
conventiones l. 1 §. 3. ff. de pact. consistit. Unde fluit, quia
utriusque partis consensus est necessarius, quod illi qui
nequeunt consentire, nec pacta dotalia facere possint, lau-
dat. Dn. *Stryk. d. C. 5. S. 6.* Consentire autem nequeunt qui
prohibentur vel *lege*, vel *natura*. *Lege* prohibentur prodigis à
Magistratu taliter declaratus, l. 40. ff. de R. J. l. 1. pr. ff. §. 1. 10.
pr. de Curator. furios. Jure Saxon. & Lubecensi mulier sine
Curatore. Vid. *Constit. Elector. Saxon. Part. 2. Constit. 15. &*
Jus Lubecense. L. 1. T. 10. A. 1. contra l. 6. C. de revocand. donat.
Quamvis illo jure pacta dotalia non tantum mixta, arg. *Con-*
stit. Elector. Saxon. P. 2. Constit. 15. in fin. ibique Dn. Cz. Def. 10.
sed & simplicia, absque Curatore rectè à muliere confici-
antur. Dan. Möller ad d. Constit. 15. n. 88. Berlich. P. 2. Concl. 17.
n. 83. Mev. ad Jus Lubec. P. 2. T. 2. A. 12. n. 385. Brunnem. Cent. 1. Decis.
45. Cz. P. 2. Constit. 15. Def. 11. & Constit. 43. Def. 9. & P. 3. Con-
stit. 20. Def. 2. & in tractatu de jur. seminar. singular. Decad. 3. Pos-
sit. 7. n. 30. seqq. & Decad. 8. Postit. 2. n. 20. 21. & Decis. 143. per tot.
Ubi præjudiciis & rationibus id confirmat: quarum hæc
videtur potissima Dno. *Strykio*, quod femina absque Cura-
tore matrimonium rectè contrahat, l. 18. C. de nupt. ibique
Brunnem. Jung. L. 20. ff. de R. N. & l. 8. C. eod. qui verò matri-
monium

monium contrahere, ille & dotis nomine obligari potest. Vid. l. 8. ff. de pact. dotal. ubi Gothofred. Dn. Stryk de S. A. J. d. Dissertat. 8. C. 5. §. 13. Quâ ratione præsupposita quoque concludendum: Prodigum pariter pacta dotalia conficere posse, cum per se habilis sit ad matrimonium. An autem Jure Lubecensi mulier sine Curatore, pacta dotalia conficere possit, dubia videtur quæstio. Juxta propositam autem regulam negativè decidenda. Cum sicut statutis & moribus nonnullorum locorum, v. c. Constitut. Electorali Brandenburgica, Cellensi, Ducatus Slevicensis, & Ordinat. Pomeran. Ecclesiastica, referente Dn. Meuso ad Jus Lubec. P. I. T. 4. A. 4. n. 5. (idem in Marchia defuncta Matre obtinere, notat Dn. Schöpfer. in Synops. 1. de Sponsal. n. 19. nec non in Megapoli Corbmann. Vol. 3. resp. 34. notante Illust. Dn. Kleinio ad d. Dni. Schöpfer. loc. in annotat.) introductum, ut sponsalia, non nisi cum consensu Tutorum vel Curatorum ineanant: Ita etiam Jure Lubec. in contrahendis nuptiis feminarum minorennium, haud præterundus consensus illorum sub quorum Tutela vel Curâ sunt, vel esse debent, nempe Consanguineorum. Mev. d. loc. n. 6. seqq. Conf. pluribus Dissertat. de irrit. Sponsal. quib. citra Tutor. consens. Pupilla sunt irrita. Præs. Dno. Johann. Sibrand. Respondente Mart. Klein, hic, anno 1687. habita, ubi §. 17. adducuntur verba Responsi Ampliff. FCtat. Juridic. Rostoch. de anno 1651 d. 8. April. Auf die andere Frage halten wir denen Nächsten gemäß seyn / daß das in Actis angezogene Libellirte, und vermeintlich zu R. von V. S. NB. Minorennem mit W. E. ohne Wissen und Willen der Vormünder getroffene und in der in justificatione Appellationis angezogenen Bonnerischen Kirchen-Ordnung zuwieder laufende Ehe-Verlöbniß / an sich null und nichtig / & §. 20. illa quæ de necessitate Consensus Tutorum in sponsalibus Pupillarum adducta, ad Consensum Curatorum applicantur.

§. VI.

Natura prohibentur, infantes, furiosi & mente capti. Furioso assimilatur extremè ebrius, arg. c. 14. X. de Vit. & bonest.

An Prodigus.

An Jure Lubecensi mulier sine Curatore.

Natura quoniam consentire prohibentur.

testat. Clericor." E contra coeci, muti & surdi pactiones etiam dotales possunt celebrare, Vid. l. 73. ff. de pact. dotal. quia non precise opus est sermone, sed sufficit si per signa vel literas mentem suam declarare valeant. Alias opus est Curatore §. 4. J. de Curator.

§ VII.

Forma probatoria P. D.

Formam probatoriam quod spectat, subdistinguentur venit, an pacta hæc judicialiter, an extrajudicialiter facta. Si judicialiter, nullis testibus opus, arg. l. 10. ff. de probat. Si extrajudicialiter, ulterius videndum, an pactum simplex, & in modum contractus, an verò mixtum, & in modum ultima voluntatis ininitum. Priori calu duo sufficere videntur Testes, arg. l. 12. ff. de Testib. Posteriori casu 5. testes requiruntur, l. ult. C. de donat. m. c. Dn. Stryk. de S. A. J. d. C. §. 6. Jung. adducta supra dissent. B. Dni. Parentis de Test. num. tb. 31. & 55. An autem testes necessario sint adhibendi, ita, ut si aliter factum, pacta planè corrumpant, haud convenit inter Doctores. Affirmativam tuetur Richter. Part. 1. Decis. 26. n. 45. Cui contradicit Dn. Stryk. citat. loc. §. 7. Hujus sententiæ accedit Dn. Klein in annotat. ad Synops. Dn. Schöpfer. tit. n. 3. Verb. Duobus §. n. 4. Verb. 5. Testes; eidemque videtur calculus adjiciendus, dummodo de manu & voluntate subscribentium sufficienter constet. An autem uno contextu fiant, an Testes omnes simul adfuerint, an secus, nihil interest. Besold. Disputat. 3. ad Jus Prov. Wurtemberg. tb. 69. Ubi præjudicium, allegante Dn. Strykio d. loc. §. 8.

An testes necessarii adhibendi

§. VIII.

Effectus P. D.
(1) Constituitur Jus reale hereditarium anomalum.

Effectus pactorum dotalium quod concernit, varii à Doctoribus traduntur. Nimirum (1) juxta Dn. Stryk. de S. A. J. d. C. §. 5. §. 22. hic est, quod hæc conventio inter Conjuges inita, Jus reale hereditarium anomalum, (defertur enim hereditas vel ordinario modo, vel extraordinario. Ordinario modo vel per ultimam voluntatem defuncti, vel per Legem seu successionem ab Intestato. Extraordinario modo per pacta hereditaria. Vid. Struv. Jurisprudens. Roman. German. Forens. Lib. 3. tit. 15. apb. 3. & tit. 34. apb. 1. seqq.) præfenti alteri in bonis

nis alterius constituat, vi cuius jus succedendi recta sine traditione in eventum mortis transit, ubi allegat *Gloss.* in *L. 19. Verb. mortis causa C. de pact.* quæ tamen probanda haud videtur probare. *Gail. 2. O. 126. n. 4.* ibique citat. *Dn. Frantzk. 3. res. 1. n. 539. Dn. Hahn. de Jur. Rev. concl. 72. n. 11.* Unde laudatus *Dn. Stryk. d. loc.* ulterius deducit, quod impediatur alienationem bonorum, neque testamento locus sit. Huic autem obstare videri possent quæ adducit *Mev. P. 2. T. 1. n. 109.* ibi: An statuta illa pacti successorii confirmatoria, remouent testandi licentiam, aut hoc cauto mutandi potestatem? Non puto *arg. L. 1. C. de SS. Eccles. &c.* nisi statuto vel consuetudine expressius cautum reperiat, quod placita mutare non liceat. Videtur tamen, potissimum ratione praxeos, distinguendum, an pacta dotalia sint *simplicia*, an verò *mixta*. Priori casu revocationi haud datur locus: *Posteriori* secus. vid. *Dn. Stryk. d. Dissertat. 8. cap. 5. §. 41. Conf. Dn. Schöpfer. in Synops. b. t. n. 8. & ad eundem Dn. Klein in not. Verb. 5. testes n. 2. Dn. Mev. ad Jus Lübet. Part. 2. Tit. 2. Art. 12. n. 373.*

§. IX.

Secundus effectus & quidem maximè principalis est, quod secundum horum pactorum dispositionem successio debeat fieri, neque Jus commune, neque statutarium, illis extantibus, attendatur. *Dn. Struv. exercitat. 38. sb. 39.* Provisio enim hominis, in iis quæ ex dispositione hominis privati dependent, tollit provisionem legis: Et licet Jus quoddam statutarium, Conjugibus certam portionem post mortem assignet, hoc tamen non obstante, iure statutario potest renunciari: Licetè namque paciscimur contra Jus statutarium, vel consuetudinarium, quod ita est conceptum, ut non tam Jus publicum quam privatam utilitatem contrahentium respiciat. *arg. l. 37. ff. de pact. Kohl. de pact. dotal. Part. 2. n. 82.* Quod ampliatur, licet alterutra pars se ultra dimidium læsam contendat. *Carpz. Part. 3. Constitut. 20. Desinit. 3. & de Jur. femin. singular. Decad. 8. posit. 2. n. 17. Mev. ad Jus Lübet. Part. 2. Tit. 2. Art. 12. n. 382.*

Effectus
(2) P. D.
quod secundum
illa successio
fiat.

Licet alterutra
pars ultra dimi-
dium læsa.

n. 382. *seqq.* ibique allegat. *Berlich. Part. 3. Concl. 27. n. 32. Moller ad Constitut. Elect. Saxon. P. 3. Const. 20. n. 11. Martini Commentar. Forens. in t. 8. §. 1. n. 57. Cothm. Vol. 3. Consil. 28. n. 48.* qui tradit: Jure moribusque plerorumque populorum pacta dotalia ob enormissimam læsionem non rescindi, ob incertum mortalitatis, successionis & fortunæ eventum.

§. X.

Effectus (3)
P. D. quod tribuant Successionem universalem.

Tertius effectus est, quod pacta hæc tribuant successionem universalem quoad omnia Jura & actiones, & ex illis succedens, tam in activis, quam passivis, pro herede habeatur. *Dn. Stryk. de S. A. J. Dissertat. 8. cap. §. 28.* Quod non solum procedit in pacto mixto, de tota hereditate concepto, sed & in pacto de quota saltem hereditatis, ubi certa quædam portio illius defertur, quo casu talis succedens pro rata hujus partis heres est; idem dicendum putat *Dn. Stryk.*, in pacto simplici, quo universa bona in alterum transferuntur *d. loc. §. 29.*

§. XI.

Qu. an æs alienum à superstite deducendum.

Quæritur autem an etiam æs alienum tam ante, quam post confecta dotalia à parte superstite ante omnia sit deducendum. Et respondetur communiter affirm. cum æs alienum ante omnia sit deducendum. *arg. l. ult. C. de hereditar. action. ibique Dn. Brunn. Are enim deducto demum bona intelliguntur, l. bonorum 208. ff. de V. S. l. 9. ff. de Legat. 2. nec prius portio ex pactis debetur. Mev. P. P. D. 62. n. 4.* Quod non solum procedit in debitis ante, sed & regulariter post pacta dotalia contractis, cum nec portio statutaria, cui pacta dotalia surrogantur, hoc casu aliter debeatur. Surrogatum autem sapit naturam ejus cui surrogatur. *Dn. Mev. ad Jus Lubec. d. loc. n. 245. Dn. Stryk. de S. A. J. Dissertat. 8. cap. §. 28.*

§. XII.

Effectus (4)
P. D. quod ad heredes transeant.

Quartus horum pactorum effectus, hic à Doctoribus traditur, quod ad heredes transeant, eosque validè obligent, licet nulla eorum mentio sit facta, & planè omis- sa in instrumento, *arg. §. 4. 3. de V. O. l. 9. ff. de probat. l. 13. C. de Contrab.*

Contrahend. & Commitend. stipulat. Conf. Petr. Gregor. Tholo-
san. S. J. U. lib. 41. cap. 7. n. 20. Dissentit Casp. Klock. Consl. 123.
n. 123. ibi : Cum ut NB. heredem non efficiunt : Sed absque ul-
lâ adductâ ratione, neqve Mynsinger quem tanquam in ter-
minis pactorum dotalium probantem adducit, probanda
probat, in allegata ab ipso Decad. 12. Resp. 5. n. 38.

Notatur
Dn. Klock.

S. XIII.

Quintus effectus sese in eo exserit, quod pacta hæc jus
agendi tribuant, & quidem (1) datur ex illis hereditatis pe-
tutio conventionalis. Habn. de Jur. Rer. concl. 72. n. 11. allegan-
te Dn. Strykio d. cap. 5. S. 33. (2) Datur locus remedio ex l. fin.
C. de edict. D. Hadrian. tollend. (3) Uxori & per virilem se-
xum ascendentibus, actio ex stipulatu, l. un. S. 1. & 13. in fin. C.
de R. U. A. quæ hoc casu locum habet, licet nulla stipu-
latio intercesserit, cum hæc fingatur in jure favore doti-
s intervenisse, S. 29. J. de Act. ibique Dn. Hopp. in Commen-
tar. Verb. Tantum in exactione dotis. (4) Actio prescriptis Verbis.
Vid. Lauercb. Compend. Jur. ad t. ff. de Pact. dotal.

Effectus (5)
P. D.
quod Fusageni
di tribuant.
Quanam den-
tur actiones.

S. XIV.

Competit etiam actio realis contra heredem de-
functi tantummodo non adversus Creditores, aut terti-
um aliquem, quam jus reale hoc pacto constitutum pro-
ducit, juxta Dn. Stryk. d. diss. 8. C. 5. S. 35. In quo loco ta-
men notam meretur, quod dissentientis Thom. Michael. a-
pud Casp. Klock. in allegato Tom. 3. Consl. 123. n. 121. in editio-
ne de anno 1703, nulla penitus fiat mentio. Præterea
quoad ipsam Dn. Strykii thesin, videtur ob stare, quod
actio realis omnino adversus quemlibet possessorem lo-
cum habeat, l. 25. pr. de O. & A. & Doctores communiter:
Imo etiam actio realis, quæ pro legatis conservandis con-
ceditur, adversus quemlibet tertium possessorem detur.
Dn. Hopp. Comment. J. ad tit. de legat. S. 2. neque allegatus
à Dn. Strykio Brunnem. ad l. 1. C. commun. de legat. proban-
da probat. Interim à Dno. Stryk. dissentire Klock. d. Consl.
123. n. 123. ipsa Authoris inspectio docet. Non autem ex
Verbis Klockii d. loc. memet legibus conformem sensum
eruere

An competat
actio realis con-
tra tertium?
Neg. Dn. Stryk.,
qui notatur.

A. Dn. Stryk.
dissentit Dn.
Klock, qui
notatur.

eruerè posse, sed fortè sphalma aliquod typographicum admittendum, lubentissimè fateor. Sic autem se habent verba Celeberrimi alias J.Cti. *Ex lege seu statuto & fideicom- misso nascitur actio in rem &c. non autem ex pacto & conventionè, cum ut heredem non afficiunt, sic nec actionem realem, sed saltem personalem producere possunt.* Satis enim ex Jure nostro constat, pacta & conventiones utiqve heredes afficere. Præterea haud satis firma viderur consequentia: *Quicquid heredem non afficit, illud actionem realem producere nequit.* Cum actio- nes ex Jure in re descendentes, heredem qua heredem non afficiant, & tamen actionem realem producant. Quæ omnia cum Juris sint maximè notorii, ab allega- tionibus lubens abstineo. Datur tamen actio realis ad- versus tertium possessorem, si nempe specialis hypothe- ca in bonis defuncti expressè sit constituta. Conf. Dn. Stryh- traclar. de S. A. J. Diss. 8. C. 5. S. 35.

S. XV.

Ultimo loco tandem conditione ex Lege ad consequen- da illa quæ pactis dotalibus expressa atqve promissa, ex- periri possunt paciscentes, uti etiam portio statutaria, hac actione petitur. *Vid. hac de re pluribus Dn. Mez. ad Jus Lubec. Part. 2. Tit. 2. Art. 12. n. 251. C. J. A. ad tit ff. de condit. ex leg. ib. 2. n. 10. seqq.*

SECTIO II.

Quærit, an pacta de futura successio-
ne sint licita, eorumque usum modernum
trahit.

S. I.

Generalioribus circa pacta dotalia occurrentibus, propositis, juxta methodum electam, justitia pa- ctorum successoriorum civilis, eorumque usus mo- dernus examinandus venit. Ubi haud convenit inter
Ddres

Dōrēs an Jure Civili Romano pacta de futurā successione sint justa & approbata. Sunt qui volunt, omnia pacta successoria penitus hoc Jure reprobata. Alii è contra non penitus ea improbata asserunt. Cujus dissensionis fons atqve origo exindè videtur deducenda, quod variæ pactorum successiorum species dentur, quæ scœpissimè confunduntur, & si exactè distinguerentur, non adeò obscuram hanc esse materiam, jamdum monuit *Bologn. in l. fin. C. de pact. n. 7. & 57.* & post eum *Hartman. Pilsor. Part. 4. Quasi. 1. n. 3.* (quos allegat *Dn. Stryk. de S. A. 7. Diss. 3. C. 12. §. 1.*) Qui primus ferè pactorum successiorum materiam exactè deduxit. Cui jungi potest *Johann. Dautb. in tractat. de testament. & in expositione c. Quamvis in 6to & L. ult. C. de pact. quem & commendat Dn. Mev. ad Jus Lub. P. 2. Tit. 1. n. 23. Jung. Dn. Stryk. d. Diss. 3. C. 12. §. 1.*

Qu. an Jure Civili Romano pacta de futura successione sint justa? Unde origo dissensionis Ddrum.

§. II.

Nimirum dividuntur pacta successoria quod sint vel (1) renunciativa, vel (2.) Conservativa, vel (3.) dispositiva, vel (4.) acquisitiva. *Dr. Struv. Jurisprud. Roman. German. Forens. Lib. 2. Tit. 34. Aph. 1.* Quibus *Dn. Stryk* addit. *restitutiva*, in *d. Diss. 3. C. 9. & C. 12. §. 37.* (1) *Renunciativa* Jure Civili non reprobari, nec (2) *Conservativa* prolixius deduxit *Dn. Stryk. d. C. 12. §. 16. seqq. & §. 40. seqq.* Cumque ad præsentem haud præcipuè spectent tractationem, hæc mittimus. (3.) *Dispositiva* concernunt hereditatem tertii viventis, qui vel incertus est, vel certus. De incerti hereditate pactio Jure Civili subsistit *l. 3. §. 2. ff. Pro Soc. si autem tertius fuerit certus, subdistingendum, an consentiat, an secus. Alio casu, itidem Jure Civili subsistit conventio, modo tertius in ea voluntate ad mortem usque perseveret. L. fin. 30. C. de pact. Hòc casu nullo modo valent, sed ipso Jure nulla sunt, sive pura fuerint, sive conditionalia, si sc. ille mortuus sit, de cujus hereditate pactū, vel si paciscentes ad ejus hereditatem vocentur, *d. l. ult. C. de pact.* & quidem secundum hanc *L. final. d. t.* quoque respondit Amplissima FCTas Juridica*

Pacta successoria quomodo dividantur,

Secundum *l. fin. C. de Pact. respondit. Ampl. FCTas Jurid. Kollsch.*

dica Rostochiens. an. 1619. d. 12. Maj. prout a Dn. Præside ex B. Dn. Proavi Jo. Sibrandi observationibus MSSis mihi relatum. Et quidem verba Responsi ita se habent: P. P. demnach erkennen wir darauff für Recht / das gemeldtes pactum, (und) von der pacificirenden Bettern (sc. tertii) Erbschafft / ohn dessen wissen und Willen gemachte Bergleichung / zu Recht unbindig und unkräftig sey. B. N. W. Pari quoque ratione Collegium Juridic. Jenens. Mens. Maj. anno 1636. ad requisitionem Caspari Schulzen / zur Pöntischen Lissa / respondisse refert Richter *Part. I. Decis. 26. n. 24. 15. Conf. tn. Dn. Stryk in tractat de S. A. J. d. Dissertat. 8. cap. 13. S. I. seqq.*

§. III.

(4) Pacta acquisitiva quod concernit, de quibus potissimum impresentiarum agendum, describuntur, quod sint conventio de ipsorummet paciscentium, vel alterius tantum, vel utriusque hereditate, sibi vel aliis acquirenda. *Dn. Corbm. Vol. 3. Conf. 44. n. 37. Struv. d. supra lib. 2. t. 34. S. 2.* Hac itidem Jure Civili Romano sunt invalida & reprobata, proindeque neque valet pactum simplex, seu nudum de acquirenda alterius hereditate, licet sit reciprocum, *l. 19. C. de pact. Dn. Stryk. d. C. n. 5. 19.* Neque valent Jure Civili pacta dotalia, quando in illis de futura Conjugum successione agitur.

§. IV.

Et quidem rationes ob quas Jure Civili Romano pacta non solum in genere successoria à nonnullis, sed & pacta acquisitiva infirmantur, nec subsistunt, potissimæ sequentes in Legibus & à Ddribus traduntur. (1.) Quod moribus ac Jure Romano hereditates lege tantum & testamentis, non verò pactis deferantur. Seu clarius: Quod successiones per Juris modos solenni testamento, vel Jure sanguinis ab intestato, per LL. XII. TABB. vel per edicta, non per pacta deferri debeant *arg. l. 2. §. ult. & l. 10. d. Jur. Codicill. l. 130. de V. S. l. 15. C. de pact. l. 5. C. de pact. convent. sam sup. dot. l. 52. pr. D. de pact.* (II) Quod successio sit Juris

Rationes cur
Jure Civ. Ro-
mano pacta
acquisitiva
haud subsi-
stant. Rat. I.

Rat. II.

Juris publici. Quæcunque autem Juris publici, pactis privatorum mutari nequeant *l. ult. de Suis & legit. hered. l. 15. §. 1. ad L. Falcid. L. 3. C. de Collat. (III)* Impediant liberam testandi facultatem *l. 52. §. 9. Pro Sor. l. 15. C. de pact.*
 (IV) Contineant votum captandæ mortis *l. ult. C. de pact. improbamque de bonis alterius sollicitudinem, l. 2. §. 2. de Vulgar. & Pupillar. Substitut. l. 27. §. 4. ad Sct. Trebellian.*
 (V) Sint contra bonos mores, auctore Papiniano in *l. 29. §. 2. de donat. l. 61. de V. O. l. 4. C. de inutil. stipulat. l. 6. §. ult. C. de pact.* Et Qyrites contra bonos mores reputasse, de viventis hereditate pacisci, notat. *Schilt. exercitat. ad ff. 30. §. 59.* Quæcunque autem facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est, juxta aureum & in Ethnico admiratione dignum 7 Cti Papiniani effectum, in *l. 15. ff. de condition. Instit. Conf. plur. Dn. Mev. ad Jus Lubec. P. 2. T. 1. sub rubr. Dn. Stryk. d. C. 12. §. 2.*

Rat. III.
 Rat. IV.
 Rat. V.

§. V.

Jure tamen hodierno & moribus gentium Germanicarum aliarumque longè aliud obtinere, & pacta acquisitiva de hereditate utriusque paciscentium, vel alterius tantum valida esse, testatur (1) *Pactum unionis prolium.* de quo conferri potest *Rickius ab Urweiler in integro tractat. Dn. Mev. ad Jus Lubec. Part. 2. tit. 1. n. 113. Stryk. U. M. ff. tit. de adopt. §. 10. segg. Gail. 2. O. 115. Struv. dissertat. de union. Prol. Jene 1679. habita.* (2) *Pactum confraternitatis,* (Erb-Verbrüderung) quod adhuc hodiè custoditur inter Bavarix Duces ac Comites Palatinos, ut & Sereniss. Duces Saxonix, & Hassix Landgrafios. Fuit quidem adhuc aliud inter Domum Saxonicam, Brandenburgicam, & Hassiacam sub manibus, in quam & dignitas Electoralis deducta, sed hanc nondum à Casare specialiter confirmatam putat Dn. Stryk. de S. A. J. Diss. 8. C. 7. §. 15. Licet alii Publicitæ eandem pro confirmata habeant. Hujus Confraternitatis fundamentum positum fuisse anno 1473. & dein de in annis 1537. 1555. 1587. & 1614. renovatum atque con-

Jure hodierno pacta hereditatis acquisitiva valent. Quod probatur exemplo (1) Union. prol.
 (2) Pacti Confraternitatis.

(3) Pacti Ganerbinatus.

confirmatum notat Author des Teutschen Reichs Staatscap. 8. §. 5. von Chur Brandenburg. (3) Pactum Ganerbinatus (Ganerbschaft.) De quibus hac vice agere velle nostri non est instituti, sed B. L. ad Dn. Stryk. tractat. de S. A. J. Diss. 8. C. 6. 7. & 8. remittimus.

§. VI.

Potius pedem promovemus ad pacta nostra dotalia, quorum exemplum non solum in sacris Pandectis occurrat. Vid. Tob. 7. v. 16. *ibi*. Und sie nahmen einen Brief und schrieben die Ehe-Stiftung. Et Christianis quoque olim fuisse hoc succedendi genus usitatum, ex Chrysostomo probat Rittershus. P. 3. *Expos. Novell. c. 18. n. 13.* notante Dn. Stryk. d. Diss. 8. C. 4. §. 1. sed & in Provinciis Electoratus Saxonici per Constitut. D. August. 43. Part. 2. ac per totam ferè Germaniam consuetudine introductum & in Camera Spirensi approbatum, testatur *Gail. 2. O. 117. n. 6. Mynsing. Cent. 2. O. 33. n. 10. Casp. Klok. Tom. 3. cons. 114. n. 21. Jung. Kobl. de Pact. dotal. P. 2. n. 71. Struv. S. J. C. exercit. 30. rb. 19. Dn. Cz. P. 2. C. 43. D. 2. n. 6. ibique allegat. Dn. Mev. ad Jus Lubec. P. 2. Tit. 1. n. 103. Casp. Klok. Tom. 3. cons. 123. n. 81. Verb.* So seyn doch die pacta dotalia numehro durch einen allgemeinen wiederigen Gebrauch dermassen approbiret/ daß denenselben durchaus fast bey allen Nationen, in und außershalb Gerichts/ ohn disputirlich gelebt und nachgangen/ und denenselben zu wieder nichts verhandelt noch fürgenommen werden muß: *Et d. Tom. 3. cons. 150. n. 6. Sebilt. exercit. ad ff. s. §. 40. qui tradit: Licet peculiaris consuetudo loci, pacta dotalia recipientis haud appareat, non tamen secundum Jus Romanum judicandum, sed potius juxta mores generales Germanorum, & horum rationem summam juriqve naturæ proximioerem, fidem esse servandam. Dn. Coibm. Vol. 2. Resp. 78. n. 176. in fin.* Ubi notat. Illi, qui contra hæc pacta Scholasticè disputat, ignoscendum & condolendum esse, quod quæ quotidiana non didicerit, & Jus in quo versamur, ignoret. Præterea nec minus in Gallia observantur & Hispania. De Gallia Papon. refert

P. D. per univer-
salem fere Ger-
manie consue-
tudinem intro-
ducta.

refert. 20. arrest. 2. §. 1. ibi : Et sont journellement tant dans les país de Droit escrit, que de Coutumes futures institutions d'heritier legitimentement faites en contracts de mariage, société de tous biens, et autres. Et ainsi a 'eté souvent juré par arrêt de Thoulouse & de Paris notamment entre Nobles. Conf. *Gorbosfred. in not. ad l. 8. C. de pact. Convent. lit. n.*

§. VII.

Quo autem justitia pactorum dotalium hodierna eò magis pateat, & eò clarius elucescat, haud absque ratione mores nostros à jure Romano (cujus alias auctoritas magna, sanctaque etiam Germanis) recessisse, paucis supra §. IV. adductæ rationes prohibitionis juris Romani erunt examinandæ. Et quidem *Imam* quod concernit quod lege tantum & testamentis, non vero pactis deferantur hereditates : hæc ratio non est juris Gentium univversalis, sed ex jure tantum Civili descendit. Neque mores Romanorum in totum abhorrere à delatione successionis per conventionem, patet exemplo donationis mortis causa omnium bonorum. Vid. *Carpz. Part. 3. Consil. I. D. 23. n. 2. 3.* Conf. *L. 14. ibi: Aut certe inter Venientes habità largitare.* & ibi: *Patrimonium suam. C. de SS. Eccl. L. Lauterbach. ad tit. de m. c. donat. lit. O.*

Resp. ad Rat. I. quod hereditates pactis haud deferantur.

§. IIX.

Alterà quæ hisce pactis jure Civili obstare videtur ratio, hæc est : quod successio sit juris publici, & sic privatorum cautione mutari nequeat. Attamen nec hæc factis valida, cum ex parte cum ratione primâ coincidat, & alii pactorum generi, sc. renunciatorum, convenientius appetur. Vid. *Dn. Stryk. d. C. 12. §. 28. junct. §. 38. qui in §. 42. & 45. ad adductos supra textus, l. 15. §. 1. ad L. Fal. cid. &c. responder.*

Resp. ad Rat. II. quod successio jur. publici, & sic privatorum cautione mutari nequeat.

§. IX.

Tertis ratio supra §. IV. adducta, hæc est. Quod pacta hæc liberam testandi facultatem impediunt. Ast & hæc minus videtur stringens, cum nec hæc (licet pluribus

Resp. ad Rat. III. quod per hæc pacta libera testandi facultas impediatur.

C

bus

bus gentibus Jus testandi in usu fuerit) 'ad jus gentium univ[er]sale referri possit. Gentium enim Germanicarum mores quondam planè testamenta respuerunt. Vid. *Tacit. de Mor. German. cap. 20. n. 6.* Ubi refert, heredes successoresque suos cuique liberos & nullum testamentum. Et recepto licet Jure Romano, tamen parcius illis usas fuisse, privatos præprimis inter homines, neque se apud mediæ plebis Germanos testamentum unquam vidisse testatur *Zafius L. I. Resp. 3. n. 76.* allegante *Dn. Schiltro Exeritat. ad ff. 1. §. 14. p. m. 296.* Præterea quamvis ad univ[er]sale Gentium Jus & mores omnium populorum testandi libertas referri posset : hoc tamen, quod sibi liberam testandi facultatem propriâ voluntate adimere & tollere non liceat, Jure tantummodo Civili Romano prohibebitur, nec naturali rationi, nec bonis moribus omnium Gentium adversatur. Conf. *Schilt. exercit. ad P. 14. §. 7.*

§. X.

Resp. ad Rat.
IV. quod hæc
pacta continer
ant votum cap
tandæ mortis.

Quarta ratio quæ obstat, hæc est : quod hæc pacta contineant votum captandæ mortis. Videtur tamen eandem responderi posse (1) rationem prohibitionis pacti de hereditate tertii, potius in turpitudine ipsius pacti, quam in voto captandæ mortis consistere. Consensu enim ipsius accedente, turpitudinem omnem cessare ipse docet Imperator in *l. final. C. de pacti.* Vid. *Dn. Strijk. d. C. 12. §. 10.* (2) Distinguendum inter *votum personæ*, & *votum rei*, atque illud ab hoc separandum, nec cum eo confundendum. Illud enim quod paciscentes votum suscipere possint mortis alterius, ad naturam pactorum non pertinet. (3) Per instantiam : Quod fideicommissa Jure Romano approbata, quamvis & ipsa votum captandæ mortis improbable continere possint. Vid. *l. 11. C. de Transact.* (4) Turpitudinem hanc, nempe captationem mortis alterius in pactis dotalibus aperte cessare, quatenus consensus partis utriusque adest, juxta *d. l. ult. Verb. nisi ipse &c. C. de Pacti.*

§. XI.

Quinta & ultima §. 4. adducta ratio in eo consistit, quod pacta hæc bonis moribus repugnent. Verum nec ad eandem difficilis videtur responsio: Sc. bonos mores hoc loco saltem de Civilibus Romanorum esse accipiendos, quatenus Jus Civile Romanum, hoc habet pro malis moribus, constringere voluntates hominum. Conf. *suprà* *notat.* §. 9. *in fin.* Jung. l. 15. §. 6. ff. de injur. Ubi aperte tradit Jctus Ulpianus, convicium aduersus bonos mores generaliter esse accipiendum, pro eo quod fit aduersus bonos mores alicujus Civitatis; Præterea cum mores pro diversitate temporis variant, pacta successoria non ex antiquis Romanorum, sed ex hodiernis nostris moribus dijudicanda, in aprico est. Conf. *notat.* *suprà* §. 6.

Resp. ad Rat. V. quod pacta hæc bonis moribus contraria, illorum aliquid quibus assilæ ipe ante arguel. 2am innotiover ankoude

SECTIO III.

Quærit, an mutuâ revocatione, si quando altera pars præstanda præstare nequeat, pacta hæc rolli, & portio statutaria eligi possit?

§. I.

Actis dotalibus ritè confectis, ita ut omnia sint observata à paciscentibus, quæcunque observanda, quo validè sustineantur, variis tamen modis iterum dissolvi posse, unicuique Doctores & Leges evolventi satis superque patebit. Plures quoque recenset *Illustr. P. D. quomodo dissolvantur.* *Dn. Str.* in *tractat. de S. A. J. Dissertat. 8. C. 5. §. 37. 42. & seq.* Ex quibus tamen unus saltem ad præsens spectat thema & casum nostrum specialem, scil. revocationis, qui paucis examinandus, reliquis, ne actum videamur agere velle, vel extra oleas studio vagari, omittis. Et quidam tres separandæ erunt quæstiones, ut ordine procedamus. (1) An pacta dotalia alterutrius paciscentium dissensu tolli possint. (2) An mutuâ revocatione possint revocari. (3) An

An alterutri parti liberum sit renunciare pactis, & eligere portionem statutariam.

§. II.

Qu. I. An pacta
dot. alterutrius
paciscentium
dissensu tolli
possint,

Sunt qui affir-
mant, semper
revocationi
obnoxia,

Priorem quod concernit *questionem*, quam pulchram & quotidianam vocat *Berlich. P. 2. Concl. §I. n. 22.* quæ præterea sic satis est vexata atque controversa, & multa, etiam eruditissimorum, ingenia exercuit: an scilicet pacta hæc dotalia alterutrius dissensu revocabilia sint? Doctores in *diversas* video abire partes: quorum prima est affirmantium, pacta hæc semper revocationi esse obnoxia. Vid. *Berlich. d. P. 2. Concl. §I. n. 23.* qui plures allegat. *Wesenberg. in paratit. in c. ff. de pact. dotal. n. 4. Mynsing. Decad. 12. Resp. 5. n. 38.* Ibi: *semper contra pactum testari possit. Wesenberg. Consil. 71. n. 24.*

§. III.

Sunt qui defen-
dunt, nunquam
revocabilia:

Altera pars est statuentium, pacta talia semper irrevocabilia, ac nullo modo dissolvi posse; Et quidem pacta hæc adeo firma esse, ut revocari nequeant, ne quidem ob ingratitude, exindè adstruere conantur, quia vim permutationis habent, & magis venditioni, quam donationi comparantur, dubiusque eventus & incertitudinis ratio in illis considerandus. Vid. *Gail. 2. O. 126. n. 5.* Præterea cum pactio in contractu matrimonii adjiciatur, non tam jure ultimæ voluntatis censendam, quam pacti ob causam, nempe ut sequatur matrimonium, quod fortassis & verosimiliter alioquin non sequeretur, ideoque nec revocari ex prenitentia posse, nec æquum esse, neque rationabili animali convenire, pacta conventa per improbationem adulterari, per *Novell. Leon. 19.* Quam ipsam *Novellam* multarum aliarum Gentium moribus approbatam testatur *Grænevvegen, de LL. abrogat. ad l. 15. C. de pact. n. 4.* pluresque allegat. Accedit quod haud pauci Interpretum disertè scribant, pacta dotalia, præsertim de certis rebus reciproca facta, nullo modo revocari posse. *Conf. Cochin. Vol. 2. Resp. 78. n. 169. Wesenberg. in l. pactum n. 9. C. de pact. Daniel Möller in Constitut. Saxon. P. 3. Constit. 7. circ. pr.*

pr. Verb. *Vel in pacto dotali*, quos citat *Cochm. d. loc.* Vid. pluribus *Eaber in Cod. L. 5. T. 9. definit. 7. & 8.*

S. IV.

Videtur tamen probanda sententia Doctorum distinguentium an pacta dotalia sint *simplicia*, & in modum contractus, an verò *mixta*, & in modum ultimæ voluntatis inita. Si sunt *simplicia* (quæ juxta Dn. Mevium regulariter adesse præsumuntur,) non aliter nisi mutuo utriusque partis consensu, à pactis dotalibus recedere licet. Vid. Dn. Mev. ad Jus Lyber. P. 2. T. 2. A. 12. n. 375. l. 53. ff. de pact. l. 5. C. de O. & A. l. 1. 2. & 3. ff. de Rescindend. Vendit. Si verò sunt *mixta* & in modum ultimæ voluntatis, revocationi sunt obnoxia, (licet contrahentes ab utraque parte obligent) cum ambulatoria sit hominis voluntas usque ad vitæ supremum exitum. l. 32. §. 3. ff. de donat. inter V. & U. l. 4. ff. de adimend. vel transferend. legat. l. 12. §. in legatia ff. de Legat. 1. Conf. Cz. P. 2. Constit. 43. Definit. IO. n. 1. segg. Kobl. de pact. dotal. P. 2. n. 80. & seg. Struv. exercitat. ad ff. 30. eb. 19. Berlich. P. 2. Concl. 51. n. 26. Casp. Klock. Tom. 3. Conf. 123. n. 153. segg. Conf. *suprà Sect. 1. S. 8. pag. 9.*

Probatur sententia distinguentium.

S. V.

Alteram quod spectat *questionem*, quæ in nostro occurrit casu speciali: An mutua revocatione, si altera pars præstanda præstare nequeat, pacta dotalia possint dissolvi? Cum contraria juxta se posita magis elucescant, tam pro *negativa*, quam pro *affirmativa* quædam adducemus argumenta, nostramque adjiciemus sententiam. Pro *Negativa* adduci posset (1) Quod omnis conventio liberâ voluntate & deliberata mente inita, obligationem inducat. Quando enim hæc duo concurrunt principia actionis humanæ, intellectus & voluntas, ex moralibus nota, (Ubi hæc vice nostrum non est examinare, an voluntas præcise sedem habeat in corde, ut & an intellectus debeat sequi voluntatem, quorum utrumque noviter adstruit Dn. Thom. in fundament. Jur. Natur. & Gent. ex sens. comm. deduct. L. I. C. I. S. 17. & S. 96. segg. *Quamvis prius hæc accuratè demonstron-*

Qu. II. an P. D. mutua revocatione possint tolli.

Argumenta pro *Negativa*.

3

monstrari posse, & ad forum Medicum ac Physicum remittendum : In *posteriori* communi potius sententia, quam & quondam ipse defendit *Dn. Thomas. J. J. D. L. 1. C. 1. §. 49. & § 1.* inhærendum videatur) præsuppositis terminis habilibus, non nisi firma obligatio & irretractabilis oriri potest, & officium circa pacta ex Jure Naturæ debitum, sic satis notum, hoc est : Quod pacta inita servanda, seu fidem in promissione datam serva. Vid. *l. 1. pr. ff. de pact. Dn. Pufendorf. de O. H. & C. C. 9. §. 3. Dn. Thomas. J. J. D. L. 2. C. 7. §. 1. (2)* Æquitati huic naturali adsistat Jus Civile, disponens, quod quæ ab initio sunt voluntatis, ex postfacto fiant necessitatis, *l. 5. C. de O. & A. L. 17. §. 3. ff. Commodat. c. 12. X. de renunciation. (3)* Accedat autoritas Doctorum, & quidem tradit *Dn. Brunnem. Cent. 13. Decis. 29. n. 10.* Pacta dotalia in favorem liberorum facta, (qualia & hæc nostro casu præsumptivè) non posse mutari. Liberis enim omnino jus quæsitum, quod illis citra factum ipsorum non potest auferri, per Jura notoria, Jung. *Grænewegen de LL. abrogat. ad l. 5. C. de pact. convent. tam super dot. n. 4.* ibi : Ceterum si de mutua conjugum successione actum sit, hoc pactum nequidem NB, MUTUO CONSENSU infringere licet, actu inter vivos, & ad l. 11. C. ad Sc. Vellejan. ibi : Illud autem dubium non est, moribus nostris constante matrimonio nullâ arte, neque loque contra actum aut judicio, aliquatenus mutari posse ea qua tabulis antenuptialibus scripta sunt.

S. VI.

Argumenta
pro Affirmati
va.

Pro affirmativa è contra & quod pacta dotalia mutua revocatione dissolvi possint, pugnat (1) Quod omnes conventiones & contractus mutuo dissensu & contrariâ voluntate dissolvantur, arg. *§. 4. J. Quib. mod. tollit. Obligat. Ergo & pacta dotalia.* (2) Voluntas posterior emendet priorem. Vid. *August. Barbos. in Thesaur. Loc. Commun. L. 19. C. 41. axiom. 19.* (3) Nihil tam naturale sit, quam eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est. Juxta *Ulpian. in l. 35. ff. de R. J.* (4) Accedit, quod hoc nostro casu maritus præstanda haud præstare, & promissa haud adim-

adimplere possit : Unde eò magis uxori quoque à promissis recedere licitum, cum fidem frangenti fides non sit servanda, arg. l. 14. §. 1. ff. Locat. l. 16. ff. de Transact. Imò primis cum ipse maritus ultrò à pactis conventis recedat. (5) Pro hac quoque sententia adduci possunt magni nominis Jcti, inter quos Dn. Stryk. de S. A. J. Dissert. S. C. 5. §. 37. (ubi tamen minus recte allegat Pufendorf, de J. N. & G. C. l. 8.) Wesenb. c. in Paratit. ad tit. ff. de pact. dotal. & ad eundem Bachov. in not. qui tradit, dubitationem nullam habere, quod pacta dotalia utriusque voluntate retractari possint.

Dd. pro A.

§. VII.

Et horum affirmantium sententiæ calculus videtur adjiciendus, idque eò magis, quo facilius argumentorum pro negativa adductorum solutio. Ad (1) enim & (2) supra §. 5. adductam rationem dubitandi, videtur responderi posse, easdem omninò locum habere in pactis dotalibus simplicibus, si quando alterutra pars eadem revocare, atque immutare velit, non autem ad nostrum applicabiles casum, ubi utraque pars in revocationem & mutationem consentit: à diversis enim non posse fieri illationem, notum est. Ad (3) responderetur (a) nondum satis constare, an pacta hoc casu in favorem liberorum facta. (b) Liberis nullum jus quæsitum, quatenus ab ipsis pacta hæc haud acceptata, nec à Tutoribus nomine ipsorum. (c) Nec verba Dn. Brunnem. ad illum casum applicabilia, ubi mutuâ voluntate & consensu fit revocatio: Granovvegen autem quod spectat, verba ipsius ad l. 11. C. ad Sc. Vellejan. videri possent explicanda de mutatione ab unâ parte facta, nisi ipse Author in l. 5. C. de pact. Convent. de NB. mutuo loqueretur consensu. Si quis autem penitus hæc loca inspexerit atque contulerit, patebit, nec per omnia ad nostrum casum hæc applicari posse; Cum uxor nil quicquam marito remisit, (id quod tamen

Probatur sententia Affirmantium. Resp. ad contrarias.

M. 179. 201

179. 201

præsupponit Groënevvegen, quo exinde deducat prohibitam inter Virum & Uxorem donationem.) Sed cum hic nostro casu præstanda præstare, & promissa adimplere haud potuerit, ab ipsa quoque promissa revocanda fuerunt. Conf. suprâ §. 6. n. 4. p. 12. in f. seq. Præterea non patet, quâ ratione, pactis dotalibus mutuo consensu sublatis, & re in pristinum statum deducta, hoc sapiat donationem inter Virum & Uxorem, cum neutra pars alteri aliquid donet, sed perinde sit, ac si nunquam inita fuerint pacta dotalia.

S. VIII.

Qu. III. An alterutri parti liberum sit renuntiare pactis, & eligere portionem statutariam, & eligere portionem statutariam, Argum. pro N.

Tertiam quod attinet quæstionem: An alterutri parti liberum sit renuntiare pactis, & eligere portionem statutariam: Pro *negativa* facit (1) quod lucro statuario jam semel renuntiatum sit à paciscentibus: ad renuntiata autem non detur regressus. Vid. Barboj. in *Theaur. Locc. Commun. L. 16. C. 31. axiom. 3.* Ubi plures pro more allegat & textus & Doctores. Imo satis absurdum dicit Imperator noster, redire aliquem ad hoc, cui renuntiavit, in l. 11. C. de R. C. (2) Quod licet damnum incurrat alterutra pars, dum fortè portio Statutaria summam in pactis dotalibus expressam exsuperet, sibi imputare debeat, quod tale pactum inierit: Cum damnum quod quis suâ culpâ sentit, non videatur sentire, docente Pomponio in l. 203. ff. de R. J. & Bonifacio VIII. in c. 86. de R. J. in 610. (3) Hanc quoque sententiam confirmare videtur Dn. Mev. ad Jus Lubec. P. 2. T. 2. A. 12. n. 376. seqq. Ubi alias adhuc adducit rationes. Jung. *Martini Commentar. Forens. in t. 8. S. I. n. 55. seq. Cz. P. 3. C. 20. D. 1. Brunnum, ad l. 1. ff. de pact. dotal. n. 6. Dn. Schöpfer in Syn. ad b. e. n. 8. in fin. Mev. P. 6. D. 31. n. 5. Vi-* detur tamen *affirmativa* hoc nostro casu præferenda, cum utriusque partis consensu pacta dotalia revocata. Proindeque & rationes adductæ, & Doctorum allegatorum loca, ad præsentem haud spectent facti speciem: quin potius inter terminis videtur casum nostrum decidere Dn. Mev. P. 9. D. 50. n. 1. Ubi tradit: Vivo Marito in uxoris potestate

Frobatur Assumat.

te est mutare sententiam in pactis dotalibus expressam, & eligere lucrum ordinarium atque statutarium, quatenus Marito cum uxore a pactis prioribus recedere, integrum.

SECTIO IV.

Quærit, an tutoribus consultum, ut litem Pupillorum suorum nomine, Vitrico moveant ?

§. I.

Premiſſis Pactorum Dotalium generalioribus, Sectione I. Examinata Pactorum Dotalium successoriorum iustitia, tam Civili, quam hodierna; Sect. II. Discussa ad ductum Casus propositi questione, an mutua revocatione pacta hæc tolli, & portio statutaria eligi queat? Sect. III. Restat adhuc, quo fidem in præfatione datam, liberemus, ut inquiramus, an Tutoribus consultum, ut litem Pupillorum suorum nomine, Vitrico moveant. Ubi itidem tres separatum examinandæ occurrunt quæstiones: quarum (I) jamdum proposita. (II) hæc erit: An Tutores possint exhibitionem pactorum dotalium petere? (III) Anne juramentum possint deferre Vitrico, in eum videlicet finem, ut vel juret, pacta dotalia amplius non extare, vel ad minimum contenta eorundem exponat.

§. II.

Primum quod attinet quæstionem adductam; An Tutoribus consultum, ut litem Pupillorum suorum nomine, Vitrico moveant? Pro affirmativa adduci posse videtur. (1) Quod Tutorum officium in eò potissimum consistat, ut pupillos quovis modo tueantur, & non solum ab injuriis, sed & in jure defendant. Ad hoc enim dantur Tutores, ut defendant pupillos. Vid. l. 30. ff. de administrat. Tutor. (quia se ipsos defendere ac commoda sua promoveri nequeunt. Conf. §. 1. 7. de iust. & contra propriam

Qu. I. An Tutoribus consultum, ut litem vitrico moveant? Argumenta pro Affirmat. (1)

D

am utilitatem laborare dicuntur) illisque prospiciant de omnibus, jung. l. 12. §. 3. ff. de iur. Unde Imperator noster illos quasi Tutores & defensores in §. 2. J. de tutel. recte appellat. Dirigunt enim Tutores non solum pupillorum actiones, sed & bona administrant, cum ipsorum Judicium admodum fragile & infirmum, (licet jam sint Minores) nulliusque insidiis suppositum, & captionibus expositum, prout loquitur Jct. Ulpian. in l. 1. ff. de Minor. si-bique propter aetatem sint insufficientes, l. 14. §. 7. ff. de solut.

§. III.

Rat. Dubit. (2)

Huc etiam (2) referri meretur juramentum Tutorum, quod licet jure Veteri non requiretetur, cum nec Digesta, nec Codex, ejusdem vestigium aliquod nobis exhibeant, excepto Curatore furiosi. Vid. l. 27. C. de Episcop. pal. audient. l. fin. C. de Curator. furios. Jus tamen novissimum Justinianicum illud ipsum introduxit, per N. 72. c. ult. ubi vult Imperator, Curatores Sacrosancta DEI Evangelia tangendo, jusjurandum prestare debere: quod tamen ad Tutores quoque omnino extendendum, videtur, cum (a) vocabula haec saepius confundantur, & promiscue in Jure accipiantur. (b) Si non major, ad minimum idem pro pupillis militet favor, qui pro Minoribus (c) Generaliter deinde invaluerit, ut tam ab illis qui curam, quam qui tutelam suscipiunt, juramentum exigatur, prout patet ex R. J. de anno 1548. tit. 31. §. 3. & 1577. tit. 32. §. 3. quorum verba ita se habent. P.P. Auch mit Gelübden und Eiden beladen werden / daß er seinen Pflag-Kindern / und ihren Gütern getreulich und ehrbährlich vorseyn / ihre Person und Güter versehen und verwahren / die Güter nicht in seinen eigenen Nutzen kehren oder menden / noch dieselbe ohn Vorwissen / Erkantnis und Decret der Obrigkeit veräußern / verpfänden oder beschweren / und jährlich auff Forderung der Obrigkeit gebührende Rechenschaft thun / umb seine Verwaltung Rede und Antwort geben / und alles anders handeln / daß einem getreuen Vormünder eignet und zusiehet / alles bey Verpfichtung seiner Saab und Güter. s. IV.

Handwritten marginal notes in Latin, including 'C. de Episcop. pal. audient.' and 'C. de Curator. furios.'



S. IV.

Accedit & (3) quod Tutores in locum quali Parentum succedant, & prout pupilli filiorum officia illis exhibere tenentur, ita quoque Tutoribus, ut pupillis officia paterna exhibeant, incumbat, undè omnem debent movere lapidem, ut Parentis loco, jura ipsorum observent, nec quicquam omittant atque negligant, quæ ad commodum eorum spectant. Proinde (4) si causa aliqua probabilis & justa ac legitima, in qua defensione Pupilli indigent, adsit, illis omninò vigilandum, nec segnes ac negligentes evadere debent, quia sollicitè illos in omnibus intentos esse, quo Pupillorum utilitatem, procurent, necesse est. Vid. *Dn. Mev. P. 7. D. 159. n. 10. in not.* Nisi enim omnia in re Pupillorum faciant, quæ idoneus Paterfamilias faceret, non videri possunt pupillos defendisse. Vid. *l. 10. ff. de administrat. Tutor.*

Rat. dubit. (3)

(4)

S. V.

Negativa tamen in nostro casu verior videtur exinde, (1) quod Tutores, si quando videant Pupillorum injustam esse causam, omnibus modis debeant declinare processum, ne bona ipsorum multis litigiis penitus exhauriantur; quodque observandum illis sit, ne litium inanum atque iniquarum, quæque vilis ac planè nullius sunt momenti, persecutores, ac illarum rerum, quæ nec ad defensionem, nec ad utilitatem Pupillorum promovendam pertinent, sectatores existant nimii: quia illorum officium est, omnia recte & cum utilitate Pupillorum gerere, neque prætermittere quæ utilia, neque admittere quæ non utilia sunt. Conf. *Dn. Mev. P. 5. D. 32. n. 4. in not. Jung. l. 27. C. de Episcop. audient. & l. final. §. 5. C. de Curator. furios. l. 3. pr. ibi:* neque enim in hoc administrantur tutelæ ut merentur Pupilli *ff. de contrar. Tutel. ad.* Præterea (2) si quando Tutores lites contra justitiam & jura persecuti fuerint, actio illis deneganda est, quâ possint repetere, in lites factas impensas. Conf. *l. 9. §. 6. ff. de administrat. Tutor.* in quo textu notam meretur, quod Tutores ne injustas Pupillorum lites

Argument. pte Negativ.

(1)

Rat. Decidend. (2)

D 2

lites

lites in se suscipiant, bonam fidem agnoscere, & fateri veritatem teaneantur : quod quidem, licet ipsi gentiles iusserint, in Christianis tamen perrarum esse, merito dolet Dn. Bruanem. Jur. E. clef. L. 2. C. 6. membr. 1. §. 21. Jung. l. 78. §. 2. ff. de legat. 2. l. 11. C. de administrat. Tutor. Dn. Mev. P. 8. D. 80. n. 2.

Resolut. Ratt. Dubitand.

§. VI.

Rationes quod spectat in §. 2. 3. & 4. in contrarium adductas, facilis ad easdem videtur responsio : scilicet ad (1) quod tutio atque defensio juri & iustitiæ debeat esse conformis. (2) Juramentum Tutorum ad injusta & iniqua haud extendendum. (3) Litem hoc casu motam ad comoda pupillorum haud spectare, prout ex subsequenti- bus patebit. (4) Causam satis probabilem, justam ac legitimam haud adesse.

Qu. II. An Tu- tores exhibitio- nem P. D. pete- re possint? Rat. Dubitand.

§. VII.

Alteram, quæ supra §. 1. mota, quæstionem quod concernit ; An Tutores possint exhibitionem pactorum do- talium petere ? Pro affirmativa facit (1) Quod, si quando interesse doceri possit, etiam illorum, quæ inter alios acta & gesta, editio non deneganda petenti : arg. l. 3. §. 2. ff. ad exhibend. Conf. Dn. Mev. P. 5. D. 304. n. 2. §. 3. & P. 5. D. 362. n. 1. in not. Lauterb. ad t. ff. de edend. vers. exhiberi, lit. O. quia instrumentum est pars probationis. Vid. Gail. l. O. 106. n. 2. Jung. Petr. Frideric. Mindan. de process. mandat. lib. 2. cap. 43. §. 5. n. 3. p. m. 481. Martini Commentar. forens. in tit. 26. §. 1. n. 35. §. n. 62. Ubi adducit Ord. Tribunal. Wismar. & Can- cellar. Megapol. Gustrov. (2) Ad instrumenta exhiben- da possit quis cogi, per implorationem officii iudicis, si quando veritas aliundè, nisi ex instrumento, agnosci haud possit. Vid. Dn. Schöpfer. in Synops. Jur. Privar. ad tit. de Edend. n. 29. (3) Publicè etiam intersit veritatem manifestari. Conf. l. 2. C. de edend.

(1)

(2)

(3)

Rat. Decidend.

§. VIII.

Negativa tamen videtur amplectenda, cum non entis nullæ sint affectiones, qualitates nec effectus, & pacta do- talia



talia quæ semel corrupta aut dilacerata, vel in mutuo consensu sublata, prout hoc casu factum, non possint exhiberi. *Rationes* in §. 7. adductæ, de eo casu veniunt intelligendæ, ubi pacta dotalia sive instrumenta adhuc sunt integra, & quidem, si Tutores interesse docere possent, illorum quoque exhibitio necessaria futura, secundum Jura & Doctores supra adductos. Hæc tamen ad nostrum haud applicari possunt casum, cum pacta dotalia jam sint extincta.

Resolut. Ratt.
Dubit.

§. IX.

Ad tertiam tandem me accingo *questionem*, anne Juramentum Tutores possint deferre Vitrico, in eum scilicet finem, ut juret, pacta dotalia amplius non extare, vel ad minimum contenta eorundem exponat? Pro *affirmativa* militare videtur (1) Quod Juramentum omnium litium expediendarum remedium sit optimum. Vid. l. 1. ff. de *jurejurand.* (2) In eo casu, si quis neget se instrumenta habere, vel præsumptiones contra eum militent, quod habuerit, vel etiamnum habeat, juramento res committatur. Conf. *Martini Commentar. Forens. in tit. 26. §. 1. n. 91. seq.* Dn. *Seböpfer. in Synops. Jur. Privat. ad tit. de edend. n. 26.* (3) Illi debeant jurare, qui scientiam rei habent super qua jurandum est, & quod juramentum pro exploranda veritate, licet nihil probatum sit, deferri possit. Vid. *Dn. Mer. ad J. Lub. P. 5. t. 8. art. 2. n. 2. seqq. & P. 6. D. 203. n. I. in not. ubi allegat Setzer. de Jurejurand. L. 4. C. 8. n. 18. seqq.* Daniel *Möller ad Constitut. Elector. Saxon. P. 2. Constit. 52. n. 15.* *Martini Comment. Forens. in tit. 18. §. 1. n. 33. seq.* Jung. *L. Generaliter 12. C. de R. C. l. presenti §. sed si hoc C. de his qui ad Eccles. confug.* (4) Quod fidem non existentiae non faciat nuda negatio, *Martini d. t. 26. §. 1. n. 92. ibique allegati.*

Qu. III. An juramentum possit deferri vitrico?

Rat. Dubitand.

(1)

(2)

(3)

(4)

§. X.

Pro *negativa* tamen potius pugnat, quod (1) sine justa causa Juramentum imponere non liceat, id quod optime convenit Juri, rationi nec non pietati, sed potius ereditur homini, inculpatæ vitæ & famæ, Vid. *Dn. Mer. P. 6.*

Rat. Decidend.

(1)

D. 212. Undè non statim, ad petitiones deferentis juramentum est imponendum, nisi iusta verificetur causa, pro qua tamen sola atque nuda præsumptiones haud haberi possunt. (2) Sicut quis ad probandum haud admittatur, quando probatio non relevat, per Jura notoria, sic multò minus ad jurandum quis possit compelli quando juramentum non relevat, vel juramenti præstiti nullus effectus, ne profituatur nomen divinum, quod ipsum in nostro contingit casu, quatenus mutuâ revocatione pactorum dotalium, res in eum statum pervenit, ac si nunquam facta fuissent confecta, & licet adhuc extarent, nullum tamen propter mutuam contrariam voluntatem producere possent effectum.

§. XI.

Resolut. Ratt.
Dubitand.

Rationes autem in §. IX. adductas, ob brevitatis studium paucis tantummodo attingam: Et quidem ad rationem dubitandi (1) Viderur responderi posse, in thesi eandem firmam atque veram, in hypothesi autem fallere, neque ad nostrum casum applicabilem: Utroque enim Conjugum pacta dotalia confecta esse, negante, vel etiam annullata confitente, nullis ulterius opus est litibus. Ad (2) locum habere in instrumentis, vim probationis habentibus atque validis, non vero nullis, prout hoc casu: Ad (3) nulla exploratione veritatis hoc casu opus, cum uterque contrahentium pacta dotalia mutuâ revocatione abolita fateatur. Ad (4) Hoc casu utique solam etiam negationem non existentia, fidem facere, cum non ab unâ parte fiat negatio, sed ab utraque.

EPILOGUS.

Hæc sunt, B. L. quæ pro ratione temporis & mei instituti, de pactis dotalibus in genere agendo, & specialem circa illa casum exponendo, pro ingenii modulo Tibi communicare volui. Interim DEO T. O. TERQUE Maximo, ex intimis cordis mei visceribus gratias ago immortales, pro concessis animi & corporis viribus, illique, quia omnia regit atque gubernat, studia mea ulterius commendo.



COROLLARIA.

- I. Dari quotidie possunt Parthenii Liberi. Germanice Jungfern Kinder, illasa virginitate.
- II. Remissio peccatorum non est necessitatis.
- III. Datur purgatorium, etiam apud Protestantés.

G. C. LINDENBERG, Lubecens,
 Commentati suo hactenus, domestico, atque Auditori solertissimo, amantissimoque.

S. P. P.

Dissertationis hujus Præses.

AN familiares Epistole, prout vocantur ab Impp. Honor. & Theodos. in L. 13. C. quod cum eo qui in alien. potest. est, quibus homines plerumque commendant absentem, d. L. 13. aliquando etiam, (& potissimum in Academiis, moribus nostris hodiernis) Disputaturos Præsentes, non male à Dribus, adulatorie nominentur, prout judicat Cetus sic satis celebris, Dn. Carpz. Part. 1. Decis. 126. n. 7. aliique, litem meam non faciam, cum forte haud absque offensione aliorum id dicturus. Quò tamen adulationis etiam evitem speciem, (quamvis illasa veritate asserere possim, Temet haud prout communiter fieri solet, ubi initium ferret, medium tepet, friget finis, sed prout fieri debebat, Cursum Juris Privati, alacri studio cœpisse non solum, sed & finiisse,) non in laudes Tuas excurram, nec quod quidem omni Jure poteram, solertiam Tuam, ardorem indefessum, &

& ad finem usque continuatam diligentiam depraedico, neque *commendatitias TIBI* scribam *litteras*, (prout vocitantur à JCro Labeone in *L. 6y. pr. ff. de A. R. D.*) sed gratulatorias saltem: De présente studiorum *TUORUM* specimine impense *TIBI* gratulans. Adjecto voto, velit Summum Numen iter quod meditaris, Academiae nostrae valedicturus, ut & posthac *TUA* studia, ex voto Tuo dirigere, quo aliquando & Patriae & proximo cum fructu intervire valeas. Vale, & fave.

✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿
Sonnet pour le Sieur

G. C. LINDENBERG.

par

L. J. de Normandie.

L Indenberg ét forti, du Lieu de sa naissance,
Pour de petit Enfant, devenir tres savant;
Il a voulu des *LOIS*, connoitre la puissance,
Pour abattre par tout, la fierté du mechant.

Si le Ciel avoit fait, de lui un Alexandre,
Il auroit sur ses Droits, toujours voulu pretendre:
Car à peine ét il hors, de son lieu maternel,
Qu' il veut par ses *Ecrits*, se rendre Eternel.

Les premiers points de son ouvrage,
Nous font voir clairement, un certain temoignage,
Dans cette *ILLUSTRE FACUTTE*.


Que celui qui L' instruit, en grand' capacité,
Fait exceller ceus de son âge:
En constance et assiduité.



Rostock, Diss., 1706-09

X 237 3042





7. N. 7.
DISPUTATIO JURIDICA
DE
PACTIS DOTALIBUS

10

IN GENERE

agens,
Et specialem circa illa Casum exponens,
Quam

1707/6.

ANNUENTE NUMINIS DIVINI GRATIA,
Indultu

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
IN ILLUSTRI ACADEMIA RHODOPOL.

P. W. 1707

PRÆSIDIO

VIRI PRÆNOBILISSIMI AMPLISSIMI ATQVE
CONSULTISSIMI,

DN. JOACHIMI HENRICI
SIBRAND.

Philol. & J. U. D. Professor. Publ. Moral. Ord.

DN. PATRONI PRÆCEPTORIS ac HOSPITIS

Omni observantia cultu æviternum devenerandi,
IN ACROATERIO MAJORI

DIE Aug. ANNO 1707.

Publicæ disquisitioni submittet

GEORG. CASPAR. LINDENBERG. Lub.

Autor & Respondens.

ROSTOCHII.

Prelo SCHWIEGEROVIAN, Ampliff. Senat. Typogr.

